

HISTORIAE IAM DENO EMENDATAE

# PAVLI AEMYLII VERONENSIS, DE REBUS GESTIS FRANCORVM, A PHARAMVNDINO PRIMO REGE VSQVE AD CAROLVM OCTAVVM, Libri X.

ARNOLDI FERRONI BURDIGALENSIS, REGII CONSILIARII, de rebus gestis Gallorum libri IX. ad historiam Pauli Aemylii additi, à Carolo octavo usqve ad Henricum II.

IOANNIS THOMAE FREIGII Persepolitana, ad Aemylium & Ferroniam adiecta, usqve ad annum Christi M. D. LXIX.

Ad huius historiae lucem, in fine adiunctum est:

CHRONICON Ioan. Tili de Regibus Francorum, à Pharamundo usque ad Henricum II. à D. Thoma Freigio autem usque ad Carolum IX.

Cum omnium Regum imaginibus.



Cum Cæsareæ Maiestatis gratia & privilegio.

B A S I L E Æ,

PER SIXTVM HENRICI PETRI.

M. D. LXIX.



*+ authori damnati qz per-*  
*missum*  
*esta confirmacione al expurgatorio*  
*de 1648 qz comision del Sr. off.*  
*+ Francisco Maldonado.*

MAGNIFICIS CLARISSIMISQUE VI-  
RIS, PIETATE, PRVDENTIA ET ERVDI-  
TIONE PRÆSTANTIBVS INCLYTÆ ACADĒ-  
miæ Basiliensis Rectori & antecessoribus, do-  
minis & Meccenatibus suis  
colendissimis.

IOAN. THOMAS FREIGIVS S.



OGITANTI mihi sepe numero, & in hoc studio  
rum secessu, in quem me DEVS Opt. Max. colloca-  
re dignatus est, lectione sicutissima veterum nostro-  
rumq; hominum labores & scripta recolenti, per mi-  
habeati fuisse (Rector Magnifice, viri clarissimi) illi  
videri solent, qui optimo otio, nullo cum periculo, vi-  
tæ mortalis varios multiplicesq; casus: ac rerum hu-  
manarum fugacia, breuita, incertaq; fata, uel confyde-  
tare animi quadam diuina prudētia: uel recto sanoq;  
iudicio deridere, ac tanquam instabilia, momentaneaq; contemnere potue-  
runt. Nam & res ipsa præbet inenarrabilem quandam delectationem in con-  
siderando: & animi benè compositi ac rerum caducarum contemptoris fida-  
cia, recto iudicio præditis gratissima est. Quibus rebus veteres inducti, aliq;  
quasi censoria uirgula ar. epra, de rebus grauitèr scripserunt: & durioribus  
quasi edictis prætorijs coercere hominum uitam conati sunt: nonnulli, ut  
Heraclitus; humanæ uitæ misēriās perpetuò deplorarunt: quidam, ut De-  
mocritus, easdem cachianis prosecuti sunt. Inter eos autem qui ad hanc no-  
stram ætatem integri pertenerunt, post sacrarum literarum auctores, uix  
ultus extat, qui hanc fugacitatem breuitatemq; uitæ humanæ, aut earum æ-  
ruminarum, quæ eam comitari solent, imaginem exactius depinxerit, quam  
Lucianus. Qui cum alias ubiq; tum præcipuè in libello quem *in uita*  
inscripsit, Vniuersæ uitæ nostræ rationem ac conditionem mirifica suauita-  
tè, salibus Atticis, lepore & facetijs politissimis proposuit. Nam præterquã  
quod huius mundi spectaculum ludibriumq;, ac quo pacto res humanæ sur-  
sum deorsumq; perpetuis uicibus uersentur, nihilq; constans maneat, sum-  
matim & tanquam in tabella ob oculos ponit: ridet etiam pro suo more &  
ut res ipsa exigit, omnia ea quæ mundus magnificat, quæq; in summa uari-  
etate operum, contentionis quadam similitudine sequitur: ut sunt omnia  
bona corporis & fortunæ, quæ Philosophi externæ & aduenticia appellat,  
quod cum in nostra manu ac potestate non sint posita; aliunde peudeant,  
cæcâq; sorte gubernentur. Sed quocumque nos animo conuerterimus, nul-  
lum uitæ humanæ expressit simulachrum Historia inueniemus: quæ ni-  
hil aliud quàm humanarum omnium actionum, consiliorum, casuum, & uir-  
tiosq; fortunæ exempla: uicè genera uaria, ac cuiusq; generis studia, uirtu-  
tes, uires, deliberationes, & successus continet. Sed cum eius nomen latè  
patēs sit. Nam & præpotēs illa gloriosaq; Philosophia nomen hoc nō repu-  
diat & rerum diuinarum humanarumq; peritus nihil aliud quàm historietus  
quidam omnium maximarum rerum dici potest. Totum enim hoc splendē-  
dissimum huius mundi theatrum, cui DEVS præsidet hic ornatus mun-  
di, perpetua cœli uertigo, & rapiditas celeritasq; conuersionis admirabilis,  
uarietas, distinctioq; syderum, eorundem ortus & occasus, & rati inmuta-  
bilesq; cursus. Et in hoc domicilio, Sol dux & princeps & moderator lumi-  
num reliquorum, mens mundi & temperatio, sua magnitudine & luce cun-  
ctalustrans & complens: Luna uerò ultima cœlo, cœliq; reus, luce luxens

PAVLI ÆMILII VERONENSIS,  
DE REBVS GESTIS FRAN-  
CORVM LIBER

Primus.



FRANCI se Troia oriundos esse contē-  
dunt. Ea capta, in eēn factis, nobilissimam ci-  
uium manum, quos ferrum hostium ignis  
que non absumpsisset, Duce Francione ad  
Mæotin paludem se contulisse: nec procul  
ab ea urbem condidisse, quam ad Valens-  
tinianum usq; Cæsarem Valentiniani filis-  
um incoluerint: ab eo primū honore au-  
ctos, ac in decem annos immunitate dona-  
tos, quod rebellantes Alanos in deditiōē nominis Romani rede-  
gissent: deinde cū circumactō eo temporis spatio ad uestigal  
pensitandum reuocarentur, imperiumq; detrectarent, sedibus  
pulsos, Duce Marcomiro in eam Germaniæ regionem, que nunc  
Franconia est, concessisse. PHARAMONDVM Marcomis



ri filium primum omnium Re-  
gem gentis, anno salutis quadrin-  
gentesimo uicesimo appellatum:  
ab eo procreatum CLODIO-  
NEM cognomine Comatum,  
in Galliam transgressum: quæ il-  
lis patria est. Cicero uero (ut nos  
ab eo rotante Valentinianos Cæ-  
sares ætatibus initium auspice-  
mur) ad Atticum scribens, Frans-  
cones nuncupat, eosque ex his  
Germanorum gentibus esse signi-  
ficat, unde in Galliam ad Aureli-  
um ab Hircio præpositum uenisse  
se legati dicerentur, qui se quod  
imperatum esset, facturos profiterentur: sed ea tantum ostenta-  
tio fuit: sua enim illis libertas incolumis tutaq; permansit, bellis  
inter Romanos ciuilibus continuo renascentibus. Diuus quoque  
Hieronimus tanto post interuallo auctor est, inter Saxones & As-  
lemanos Franciam incolis non tam latam, quam ualidam: ut ma-  
nifesta fides sit eandem & Franconiam fuisse, ac indidem ortos,  
qui Francorum postea in Gallia confedere. Nec mirum uideri po-  
test eorum famam compluribus seculis minus illustrem extitisse:  
quod imperij Romani splendor uiresq; orbem terrarum comple-  
xa, multas gentes obscuriores efficerent: quæ quod postea repen-  
tè in lucem prodidere, nouæ existimantur: & ambiguæ originis

A bus,

ARNOLDI FERRO-  
ni Burdigalensis, Regij con-  
filiarij, de Rebus Gestis  
Gallorum li-  
bri IX.

AD HISTORIAM PAULI AEMYLI ADDITI,  
perducta historia usque ad tempora Henri-  
ci II. Francorum Regis.



Cum Cæsareæ Maiestatis gratia & priuilegio.

B A S I L E Æ,

PER SIXTVM HENRICPETRI.

M. D. LXIX

NOBILI VIRO, PRUDENTIA ET LL-  
TERARVM COGNITIONE PRAESTANTI,

DN. IOANNI ANDREAE A SCHVVANBACH S.

Caes. Maieſtati à secretis & consilijs; Domino  
suo colendiss. S.



VASI satis non esset, re ipsa ostendere quàm gra-  
ta tibi essent officia erga te mea, Vir prudentissimè  
me sic, cum nuper tuas plenas humanitatis & eru-  
ditionis literas ad me mitteres, accuratas etiã, in-  
numerasq; gratias egisti. In q̄, nisi fatear te plus,  
quàm acceperis, reddidisse; planè non modo fers-  
reo animo esse. sed prorsus omnis humanitatis expers meritò uis-  
deri possim. Etsi enim illa amplissima sunt, quibus ego à tali uiro  
contentus eram: multò tamè hæc maiora & ampliora fiunt, quod  
approbatio sententiæ tuæ & orationis auctoritas accessit. Sed ut  
uèrum fatear, in eo ipso, quòd tam facete de mutata uitæ conditio-  
ne iocaris: prudentiam in tua præstantia agnosco, in me fortunam  
& casum. Quod enim in te ingenij quædam uis maior statim uis-  
dit; in eo ego, aliò tendens, forte fortuna in id incidi, quòd præter  
expectationem meam optimè quadraret. Quæ quidem commus-  
tatio, etsi ut tu scribis rarissima est: (arbor enim quædã Lotus est,  
ut poëtæ fabulantur, quæ semel gustata, non modo lthacq; à speris  
saxulis affixæ: sed etiã saluis nonnunquam obliuisci facit) tamè  
cum <sup>καὶ πρὸς τὸν</sup> nihil aliud sit, ut Aristoteles inquit, quàm <sup>ἢ τὴν αἰσθητικὴν</sup>  
<sup>καὶ τὴν πρᾶξιν</sup> *Cur enim non tecum Græcisses, cum*  
*tu mecum Gallicè agas?*) maximò perè omnibus gratulor, quibus  
illinc tanquam ab imperioso & moroso domino profugè relicet.  
Sed in hac satietate hominum & negocij fuga, utinam omnes; qui  
se huius mundi curis renunciaſſe prædicant, eiusmodi secessus pe-  
terent, in quibus Philosophiæ, eruditioni, pietati locus est. Quæ si  
eadem plurimum uoluntas & sententia esset, minimè dubitarem res  
humanas multò melius, constantius ac tranquillius habituras.  
Quod si ita habet, ut qui omiſſis curis molestioribus, totum se ad  
cognitionem rerum bonarū dederit, eamq; solitudinem & quasi  
turbæ fugam appellet, in eorū sanè numero me quoq; pono. Nec  
hoc exemplum nostrum modo est, factitarunt hoc & ueteres Pro-  
phetæ, atq; etiã Philosophi Ethnici: & omnes quibus cura fuit  
bonæ mentis. Cur autem hanc solitudinem dicā, in qua confabul-  
ationes de omnib. rebus maximis suppetunt plus quàm mille: quo-  
rum colloquia festiuiora ac suauiora sunt, quàm ulla nugacissimo-  
rum, loquacissimorumq; hominum tædiola deliramenta: Rectè è  
taq; qui ad uitæ commoditatem non quàm splendidissimum, sed  
quàm tutissimū locū quærent. Sed hoc diligenter quoq; animad-  
uertendum censeo, ut qui ita se abdidierunt, de adiutorio etiam co-

**PARALIPOMENA**  
**GALLICANÆ HISTORIÆ AD**  
**PAVLVM AEMYLIVM ET FER-**  
**RONVM, ADIERTA.**

QVIBVS Trium regum posteriorum, Henrici I I. Francis  
sci II. & Caroli IX. res gestæ continentur, quæ intra 20.  
proximos annos, ab anno XLVII. ad hunc  
LXIX. acciderunt:

Per

IOANNEM THOMAM FREIGIVM

PARALIPOMENA GALLICANÆ HI  
STORIAE, AD PAVLVM AEMYLIVM

ET FERRONVM, PER IOANNEM THO-  
mam Freigium adiecta:

HENRICVS II VALESIVS, LVIII REX FRANCIAE.



**F**RANCISCO primo, filius Henricus duodeviginti  
annorum iuuenis, excelso animo & bello natus, anno à  
partu uirginis XLVII supra sesquimillesimum, in re-  
gno successit: statimq; Annam Momorantium, cui plu-  
rimum cõsistebat, ceu postliminio reuocatum, pristinae  
restituic dignitati, quæ paulo minus sexennio ante ei  
fuerat adempta. Nam à Francisco patre, anno 1137. singu-  
lari fauore ad secundam ab rege dignitatem Magistrum e-  
quitum assumptus, triennio post, anno 1141. fastidio  
quodam animi, in Centellam uillam fuerat relegatus.  
Hoc igitur restituto, Hèricus palatina deinceps officia,  
ministeriaq; ab imo ad summum immutauit. Patri duo  
busq; fratribus, quorum alter biennio, alter plus decennio ante obierat, simul iusta fe-  
cit mense Maio: patrem uerò ad phanum Dionysij maiorum suorum sepulchro intu-  
lit. Profectus deinde Lutecia ad Rhemorum urbem, ibi s. Cal. Sextil. ab illius ciuitatis  
antistite ueterrimo Gallorum ritu, diade-  
ma (quo olim Carolum Magnum usum  
ferunt) solennibus ceremonijs impositum  
accepit: duodecim regni proceribus assi-  
stentibus, sex ecclesiasticis, & totidem ciui-  
libus. Sed quoniam iampridem illarum ci-  
uiliu dignitatum quinque ad supre-  
mum ius regium translatae: sexta autem  
Flandrensis, dominatu regio recentissime  
liberata erat: eas nihilominus representa-  
bant, cum quidem rex Nauarræus, Ven-  
domius, Guislanus, Ambarrus, Momp-  
serius & Daumalæus. Nouembri secuto,  
Regi altera filia, Claudia nomine, ad Abel-  
letum fontem nascitur. Iam enim duobus  
liberis Francisco & Isabella susceptis, patri  
in regno successerat.

Anno insecuto, qui fuit quadragesimus  
oçtauus, circa mensem Sextilem per Aqu-  
itaniam uniuersam, in Santonibus & Ga-  
rumnae finitimis populis, maxime uerò apud Burdegalam eius gentis caput, se-  
ditio ob nouum salis portorium enata est. In qua Tristanus Monengius, pro ab-  
sente rege Nauarræo eius prouinciae uicarius, crudelissime est interfectus. Quo  
casu Rex percussus, Magistrum equitum & Daumalæum Regulum cum exercitu ad re-  
stinguendum tumultum mittit. Qui cito Burdegala portu, in auctores seditionis ani-  
ma duertunt: armamentarium publicum nudant: ciues arma deponere cogunt: cam-  
panas è turribus templorum tollunt: priuilegia sibi inſciunt: leges uetustæ immuni-  
tatis abrogant: immensa pecunia populum mulctant: uniuersamq; multitudinem eo  
adigunt, ut nullius instrumenti alterius beneficio, sed solis unguibus terra à tumulo  
regeſta, Monengij cadauer effodiât: quod pompa sumptuq; sinebri postea rursus ho-  
norifice busto illarum est. Rebus eo modo Burdegalæ ac in omni Aquitania compo-  
ſitis & praesidijs in ea relictis Nouembri reliquis militibus missio data est. Circa eadẽ  
ferè tempora, rex Henricus ut de Scotia securus esset, puellam Reginam, Delphino fi-  
lio desponsam, ex hæreditario regno ad se nauibus transuehendam curauit.

Anno 49. tertio Februarij Regina Aloisium Ioannem peperit: qui Aurelianorum  
dux designatus, nondum trimus usum cum morte commutauit. Secuto Iunio Catha-  
rina ex illustri Medicum familia ad fanum Dionysij ritu Gallicano & solennibus ce-  
remonijs coronata inaugurataq; est. Quæ res curiosis ingenijs, omnium rerum initia  
& semina sollicite scrutantibus, maximam admirationem præbuit. Stupescébant enim



IOANNIS TILII  
Chronicon de Regibus Fran-  
corum, à Faramundo usque  
ad Franciscum pri-  
mum.

**CVI DEINCEPS ADIUNXIMVS QVÆ A' FRAN-  
cisco Primo usq; ad Henricum II. gesta sunt.**

*His adiuncta sunt, quæ ab Henrico II. ad Carolum IX. nunc regn. extem  
acciderunt memoratu digna.*



**Cum Cæsareæ Maiestatis gratia & priuilegio.**

**B A S I L E Æ,**

**PER SIXTVM HENRICPETRI:**

**M. D. LXIX**



P R A E F A T I O.



VAE res magno atque excellenti ingenio homines olim ad monumenta rerum gestarum posteris tradenda excitarunt, hæc ipsæ quin me ab hoc instituto reuocarint, parum abfuit. Partim enim laudis studio ducti, cum esse hanc unam, quæ tantos labores posteritatis memoria consolaretur, intelligerent, partim studio illustrandæ patriæ, præmijs que à populis, Regibus que propositis, partim studio ueritatis proponendæ, similibus que alijs causis, exempla ut proponerent posteris, unde quod imitarentur acciperent, id aggressi sunt. Ac mihi quidem laudem sperare hoc sæculo, cuius ea hæcenus labe & macula fuit, aliorum labores aut ridere, aut contemnere, suos sine riuali laudare, sani hominis non uidebatur. Illustrandæ autem patriæ consilium, etsi optimum, seponendum semper ab hoc scribendi genere putabamus. Præmia autem nulla hoc tempore industriæ constituta uidimus: quippe illa honore, liberalitate que alitur. Ea ubi dempseris, parum sibi constant industriæ fructus. Nunc uero cum diuitijs magni laudabiles que homines fiant, ingenium, eloquentia, constantia, integritas refrixisse uidentur, omnes que industriæ fontes exaruisse: præsertim cum ad ingenij laudem parandam labore opus sit & sudore; ad opes parandas, quæ cuique lubet nitatur. Ita fit ut homines docti, studiosi, industrii, ignoti sint, inter uulgus numerentur, nullo numero, nulla gratia, nulla authoritate habeantur: præmia eruditis debita, districta teneantur à paucis. Veritatis autem studium etsi nos mouere maximè potuit, periculum tamen quod semper uidimus conflatum studiosis eius proponendæ, odiorumque segetes inde gliscentes progredientesque, hoc præsertim tempore, quo uirtutem alligatam uidemus, forum sine fide, tribunalia sine iure, conculcatam disciplinam omnem militarem, omnium ætatum ordines simulatores, uel ipsos homines philosophiæ sacris addictos ab hac pro uincia deterret. Accedunt eò quorundam ioci & sales qui scriptorum inconditorum omnia plena indignantur. Videndum uero ne qua in re illi laudem modestiæ uenantur, qui ea causa nihil se scribere profitentur, in ea ipsa re sint impudentes; & qui se fontes esse iactitant Philologiæ, cum aliorum rigare debeant ingenia, rescere illi siccitate deprehendantur, cum grauissimè sciamus à prudentissimis uiris scriptum, multos partim inertia nihil scribere, partim ambitione, cum se putant satis magnam esse adeptos gloriam, camque maiorem uisum iri, si in existimantium arbitrium sua scripta non uenerint. Hæc ego diu mecum agitans, quin genus

1701		1702	1703
1704	1705	1706	1707
1708	1709	1710	1711
1712	1713	1714	1715
1716	1717	1718	1719
1720	1721	1722	1723
1724	1725	1726	1727
1728	1729	1730	1731
1732	1733	1734	1735
1736	1737	1738	1739
1740	1741	1742	1743

